

OBSERVATIONES  
IN  
GEORGIUM CORCYRAEUM

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.

---

SEORSUM IMPRESSUM EX COMMENTARIIS SOCIETATIS PHILOLOGAE,  
QUIBUS INSCRIBITUR »EOS«, VOL. V., P. 113—119.

---

LEOPOLI.  
SUMPTIBUS SOCIETATIS PHILOLOGAE.  
TYPIS E. WINIARZ.  
1899.



188550

III

## Observationes in Georgium Corcyraeum.

In C. I. Gr. vol. IV n. 8751 carminis cuiusdam frustula extant:

. . . . .  
 . . . . . υ πενεστάτ[ου]  
 . . . . . [πατρί]δι πρωτοθρόνω  
 5 . . . . .  
 . . . . . ως Γεώργιος [π]ρό[μος]  
 . . . . .  
 . . . . . πίστεως θείας [πόθω].  
 . . . . . μὴ [π]αρο[ι]μία  
 10 μὴ σπεῖρε, μὴ θέριζε . . . . . ποῦ γὰρ . . . . .  
 . . . . . φύσεως ὑπεξέφυ  
 [λ]ίθο[υ]ς ὁμως ἔγωγε θίψας [εἰς πέδον]  
 . . . . . τῆς προθυμίας λόγος  
 οἶμαι, θεριῶ τὸ χρυσο . . . . .  
 15 . . . . . προμηνύει μόνος  
 ὁ συγκομιστῆς τῆς . . . . .

Quas quidem reliquias hoc modo explicat Kirchhoffius p. 345: impositum eum (scil. lapidem) fuisse suspicor foribus aedificii alicuius sacri, quo exstructo Georgius episcopus (πρόμος) Corcyram patriam ac sedem metropolitanam (πρωτόθρονον; cf. Du Cangius in Gloss. I p. 498) condecoravit. Respondetur per versus ultimos oratione intricata et pro huius aevi elegantia salebrosa eorum obtrectationibus, qui pia eiusmodi opera inania et nihil profutura iactitent; profitetur enim Georgius se lapidei illius templi exstructi seminis amplissimum percepturum esse fructum supremo iudicii die, quum messor ille segetis mundanae summus

(ὁ συγκομιστής) venturus sit, mortales e factorum dictorumve dignitate aut probaturus aut improbaturus. Sed meliora docet codex Cryptensis Z. a. XXIX (C) f. 23<sup>r</sup>, ubi eiusdem poematis laciniae ita servatae sunt, ut dimidia versuum pars integra compareat<sup>1)</sup>:

- v. 2 παρ' οἰκέτου φέροιτο τοῦ πενεστάτου  
 4 φέρω, προςάγω Δυάδι πρωτοθρόνω  
 6 εὔνονν γεωργῶν, ὡς Γεώργιος, τρόπον  
 8 εὔσταχυν ὄντως πίστεως θείας σπόρον  
 10 μὴ σπεῖρε, μὴ θέριζε · ποῦ γὰρ καὶ θέρος  
 12 λίθοις ὁμως ἔγωγε ζήψας τὸν σπόρον  
 14 οἶμαι, θεριῶ τὸ χρυσοῦν πάντως θέρος  
 16 ὁ συγκομιστής τῆς βροτῶν σωτηρίας<sup>2)</sup>.

Petro igitur et Paulo, Apostolorum principibus (Δυάδι πρωτοθρόνω: v. 4) templum construxit Georgius, exigui autem munusculi (2), cum ex animi sententia oblatum sit (6), fructum amplissimum expectat (14). — Imagines ex agri cultura petitas inprimis Georgii nomen suggessit cf. Siberi Ecclesiae Graecae martyrologium metricum (Lipsiae 1727) p. 68 ὁ Γεώργιος καὶ λιπῶν τὸ σαρκίον | πολλοῖς γεωργεῖ ψυχικὴν σωτηρίαν, 125 ψυχὴν ὁ Γεώργιος ἀσμένως διδεῖ | ψυχῶν γεωργῶ καὶ φυτουργῶ σαρκίων, 144 ὁ Γεώργιος ὡς γεώργιον μέγα | ἔχων ἀπῆλθεν εἶδος ἀρετῆς ἅπαν. — Versus 12. ex proverbiali locutione πέτρας σπεῖρειν fluxit, quam ἐπὶ τῶν πολλὰ καμνόντων καὶ μηδὲν ἀνύσαι δυναμένων adhiberi testatur Diogenianus (Vindobonensis) III 71, ubi cf. Leutschius (Paroemiogr. Gr. vol. II) p. 48; sententiam vero μὴ σπεῖρε, μὴ θέριζε (10) in proverbii consuetudinem venisse confirmat v. 9; comparari potest Plauti Epid. 265 mihi istic nec seritur nec metitur, cf. etiam Levit. XXV 11.

Epigrammati nostro in C carminis trunci praemittuntur:

Οὐ δοξαμανῶν, οὐ φρονῶν ἐπηρμένα

· · · · ·  
 · · · · · τοῦ σφάλῃκος εὐτελεστάτου  
 · · · · ·

<sup>5</sup> ἀλλὰ συνεῖναι, ὡς ὑπόψιοι λίθοι

<sup>1)</sup> Antonio Rocchi, Versi di Cristoforo Patrizio editi da un codice della monumentale badia di Grota ferrata (Romae 1887) p. 67.

<sup>2)</sup> Remansit praeterea versus 11. littera initialis ε̄ et lemma [τ]οῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Ἀποστόλους.

- . . . . . μέν . . . . .  
 καὶ δακρύων ῥόθιον ἐλκυσουσί μοι,  
 . . . . .  
 ἔατε λοιπὸν κἂν κατὰ στροφήν ἔειν  
 10 . . . . .  
 ἔατε, συνθροεῖτε, συναίρεσθέ μου,  
 . . . . .  
 δι' ὧν Θεὸς δίδωσιν εὐμαρῆ ἴσιν,  
 . . . . .  
 15 ἔν τούτῳ μοι μέγιστον αὐτῆ μου φίλοι,  
 . . . . .  
 μετὰ τελευτῆν καὶ τὴν ἐν τάφῳ θέσιν.  
 . . . . .  
 κόνις ἀμυδρὰ τῶν ταπεινῶν ὀστέων.  
 20 . . . . .  
 δυσδιάκριτον ἀπολάβη τὴν θέσιν.  
 . . . . .  
 ἄρ' οὐχὶ φυλάξοισθε τὸν βραχὺν λόγον,  
 . . . . .  
 25 τῶν προστατούντων τῆς ἐκκλησίας,  
 . . . . .  
 . . . . . αὐσημ . . . . .  
 . . . . .  
 . . . . . ἰν καὶ κριτῆς καὶ δεσ . . . . .  
 . . . . .  
 30 . . ῥγιος . ἔγραφε ποιμὴν Κερκύρ . . . . .  
 . . . . .

Iam vero codicis detrimenta sarcit, menda corrigat C. I. Gr. vol. IV p. 498 n. 9438:

Οὐ δόξ[η θνητ]ῶν ἀφρόνως ἐπηρμέν[ος]  
 ἔστησα κακῶς<sup>1)</sup> λιθοσύνθετον τάφον.  
 Τίς γὰρ λόγος σκώληκος εὐτελεσετάτου,

- κἄν ἐν τόπῳ κρύπτοιτο κοσμιωτάτῳ ;  
 5 Ἀλλὰ συνειδώς, ὡς ὑπόψιοι λίθοι  
 γνώμην ἐμὴν κάμψουσιν ἐς<sup>1)</sup> κλήρου μνήμην  
 καὶ δακρῶν ῥόθιον ἐλκύσουσί μοι,  
 ἔστησα τοῦτον λιθοσύνθετον τάφον.  
 Ἐάτε λοιπὸν κἄν κατὰ στράγγα ῥέειν  
 10 τὸ δάκρυνόν μου, συμπαθέστατοι φίλοι,  
 ἔατε, συνθρηνεῖτε, συναίρεσθέ μοι  
 πρὸς τοὺς στεναγμούς, πρὸς τὰς ἱκετηρίας,  
 δι' ὧν Θεὸς δίδωσιν εὐμαρῆ λύσιν  
 δεσμῶν, ὅσους πλέκουσιν αἱ πονηρίαί.  
 15 Ἐν τούτῳ μοι μέγιστον αἴτημα, φίλοι  
 τὸ δεύτερον δέ · καὶ μὴ παρόψεσθέ μου  
 μετὰ τελευτῆν καὶ τὴν ἐν τάφῳ θέσιν,  
 μετὰ τὸ κατάπαυμα τῶν μακρῶν πόνων,  
 κόνις ἀμυδρὰ τῶν ταπεινῶν ὀστέων  
 20 ἀμικτος ἔστω, μὴ πρὸς ἄλλοις ὀστέοις  
 δυσδιάκριτον ἀπολάβῃ τὴν θέσιν.  
 Ἄρ' οὐχὶ παράσχοισθε τὴν μικρὰν χάριν ;  
 Ἄρ' οὐχὶ ὑπάξιοισθε τὸν βραχὺν λόγον ;  
 Ναὶ πρὸς Τριάδος, ναὶ πρὸς αὐτῶν κηρύκων  
 25 τῶν προστατούντων τῆσδε τῆς ἐκκλησίας,  
 μηδεὶς παραλύσῃ μοι τὰ βουλευτέα.  
 Ἦ μὴν ὑφέξει τὴν ἐν ὑστέρω δίκην,  
 ἐπὰν ὁ κοινὸς καὶ κριτῆς καὶ δεσπότης  
 τὸ πλάσμ' ἐπανάξειεν εἰς θείαν κρίσιν.  
 30 Γεώργιος γέγραφε, ποιμὴν Κερκύρας,  
 θνητοῦ πένπτον ἀνύων χρόνον.

Quodsi lectionum varietas in examen vocatur, optime marmor v. 5  
 συνειδώς, 11 συνθρηνεῖτε — μοι, 15 αἴτημα, 21 δυσδιάκριτον suppeditat<sup>2)</sup>, rectius

<sup>1)</sup> Εἰς citra necessitatem Kirchhoffius exhibet.

<sup>2)</sup> V. 3 τοῦ ante σκώληκος prave inrepsisse editoris coniectura: [σκώ]ληκος εὐτελε-  
 στάτου (p. 87) docet. Rocchii, non codicis error, subesse videtur in αωση (26: pro λύση)  
 et in (28: pro ὄς).

autem C v. 23 φυλάξοισθε pro υπάξοισθε praebet, ac praeterea genuinam memoriam v. 1 servat, ubi Kirchhoffius minus feliciter inscriptionis contextum: οὐ δοξομείνων ἀφρόνως ἐπιηρμένον mutavit. Ex δοξομείνων veram scripturam δοξομανῶν extricavit Cougny II 747, 1 (Anthol. Didotian. vol. III) p. 218, cui formae C δοξαμανῶν ex usu aevi Byzantini substituit, qui eadem ratione μυιαθήρας pro μυιοθήρας apud Christophorum CXXII 56 p. 58 Rocchi (= »Eos« vol. V — 1899 — p. 10) in-vexit cf. insuper Δοξαπατρῆς (Krumbacher, Geschichte der byzantinischen Litteratur 2<sup>o</sup> p. 462 sq.) et Lobeckius ad Phrynich. p. 644 sqq.

Ex lemmate in C [ὠ]κοδόμησεν restat, qua voce saxeam sepulcrum (v. 2. 8)<sup>1)</sup> designatur, quod Georgius quinto anno (31) post adeptam metropolitae dignitatem exstruxit, exstructum commentatione mortis incitatus epitaphio ornavit.

Praeter carmina modo tractata in C supersunt Georgii Corcyraei epigrammata quinque (f. 22<sup>v</sup> sq. p. 66 sqq. Rocchi), sed illic detrimenta codicis a muribus corrosi aliunde resarciri nequeunt. Ex coniectura autem lacunas quasdam explere ac menda nonnulla corrigere audeo:

I) 5 ὁδοῦς, λόγους, ἅπασαν, ὄρμηγν παρακτέαν l. παρακτέων, tum falso de v. 25 καὶ ψάμμον αὐτὴν ἐνικῶν παραλίαν observat Rocchius p. 87: »παραλίαν, composto da παρὰ e λίαν, supra modum (immensamente)« cf. Aeschyl. Prom. 573 ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον, quodcum poeta nostrum componere non vereor cf. ἰχνοσκοπεῖν I 15 et Aeschyl. Choeph. 227, tum IV 7 ἀλλ' εἴθε καὶ ἔσταζον ἐκ τῶν ὀμμάτων et Aeschyl. Choeph. 1058 καὶ ὀμμάτων σταζουσιν αἶμα δυσριλές.

IV) 3 οὐδ' αὖ T ἐλώνης, οὐ Μανασσῆς τις πάλαι l. τελώνης cf. Suicer Thesaur. Eccles. vol. II p. 1267 sq.; de Manasse cf. Reg. IV 21 sqq., — v. 5 μακρῶ γὰρ αὐτοῦς τῷ δρόμῳ καὶ τὸ μέτρῳ l. τῷ, tum supple 10 εἴ[θε] 24 π[λ]ήν, 29 στήσας, κτίσας ἄριστα δεῖ[γ]μά σου κρ[άτους]. — Ex eodem carmine Lexicis accedat vox παγγνωστικῶς v. 35 παγγνωστικῶ σου καὶ σοφῆ Σεωρία, quae verba in memoriam revocant Pisidae. Hexaem. 1728 τῆ ποιίλη γὰρ καὶ σοφῆ Σεωρία.

V) 2 ἄρα φύλαξ, πῶς ἐκ Θεοῦ σχὼν τὸ κράτος l. ὄρα.

VI) 1 ἀνεκτὸν pro ἀν ἐκτὸν v. 1 et κατοικ[ίαν] v. 13, tum vox ἀθησαύριστος notanda est v. 3 ὄραν ἀνωράιστον τὴν κατοικίαν. Ceterum n. V et VI unius poematis particulas esse, a Rocchio perperam dissecti equidem persuasum habeo; nec dubito, quin totum carmen in sepulcro Arsenii incidi iusserit Georgius, quod vetustate exesum renovandum curavit cf. V 6 et VI 7 sqq.

1) De templo cogitabat Rocchius p. 87, quem Krumbacher p. 770 secutus est.

Georgium Corcyraeum praeterea agnovit Krumbacher p. 770 in codice Havniensi 1899 (s. XIII.), quo secundum Carolum Graux (Notices sommaires des manuscrits grecs de la Grande Bibliothèque Royale de Copenhague — Paris. 1879 — p. 47) continentur:

Στίχοι τοῦ Κερκύρας εἰς τὸν τάφον τοῦ Μελίου. 29 vers. Incip. καὶ τῶν φθασάντων κτλ.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τινὰ ὑπερλαλήσαντα φίλου ἔνεκα κτλ. 43 vers. Incip. τέμνων κόρας πρὶν Ἡρακλῆς κτλ.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν πατρίκιον Μελίαν καὶ περὶ Θαλασσιτῶν. 53 vers. Incip. ἦν ἀλμυρίζων ῥοῦς κτλ....

Tum inter Pselliana:

Τοῦ αὐτοῦ (scil. τοῦ Ψελλοῦ) ἤγουν τοῦ Κερκύρας. 13 vers. Incip. ὦ γῆς ἀπάσης καὶ πόλου ἄκρα τῶν ἀναξ.

Ac lemma quidem optime Krumbacher explicuit, de re autem plane aliter sentio, cum codici Havniensi omnem fidem derogandam esse mihi persuaserim. Minus premo, quod in ultimo carmine<sup>1)</sup> inter Psellum et Georgium memoria fluctuat, sed apertus est error in praecedentibus, quae quidem ad Christophorum Mytilenaeum auctorem redeant, aequae ac sylloges Havniensis clausula, de qua haec adnotat Graux: τοῦ Μιτυληναίου εἰς τὸ 'Χαῖρε κεχαριτωμένη' καὶ τὸ 'Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου' ἠρωϊκά. 13 vers. Incip. Ἰθήθεο, ὦ χαρίεσσα κτλ.

Quae sententia et libri Cryptensis auctoritate nititur (Christophor. n. XVI. XXXVI. XV. XIV.), quam (in n. XIV. XV. XVI.), confirmat codex Vaticanus 1357 a Rocchio excussus, et ipsius Christophori diserto testimonio comprobatur, qui XXXVI 12 verborum φεῦγε τῶν Προτασίου genuinam interpretationem proponit CXIV 131 p. 56 ἀγχοῦ μὲν οἰκῶν τοῦ νεῶ Προτασίου. Sane dolendum, quod codicis Havniensis variae lectiones non suppetunt, praecipue in n. XXXVI, ubi Vaticanus nihil iuvat. Omnino autem Graux de libro illo parum accurate videtur retulisse. Omnibus numeris absolutum est epigramma (n. XIV):

Ἰθήθεο<sup>2)</sup>, ὦ χαρίεσσα, Θεὸς Κύριος μετὰ σεῖο.

[Ἰδοὺ τοῦ Φεράπαινα · γένοι]τό μοι, ὡς σὺ ἔειπας,  
nec video, quomodo notitia de 13 versibus expediri possit, nisi aliud carmen in libro Havniensi adnexum esse colligamus. Eadem est ratio in n. XV, ubi 49 versus prave adhaesisse docemur, cum sententiam perfectam completamque versus efficiant quattuor:

1) L. ὦ pro ὦ et κρατῶν pro ἄκρα τῶν.

2) Sic recte Vat., γήθει C; ἰθήθεο perperam enotavit Graux. Sed in lemmate bene ἦ ante δούλη addit Havn. cf. Evang. Luc. I. 38.




[<sup>1</sup>Hv<sup>1</sup>] ἀλμυρίζων ῥοῦς θαλ]άττιος πάλαι,  
 νῆν δε γλυκάζων · ἀλλὰ μηδὲν θαυμάσης·  
 [κριτήν γὰρ αὐχεῖ πικ]ρίας ἀναιρέτην,  
 ἐπόνυμον μέλιτος ἤδὲν Μελίαν.

Scite enim arguteque in nomine Μελίας luditur<sup>2</sup>). Neque quidquam desideratur post versum 39 carminis XXXVI, quod 43 trimetris constare tradit Graux<sup>3</sup>), alieno videlicet panno adsuto.

D. Cracoviae.

Leo Sternbach<sup>3</sup>,



1) Et male Vat.; ἦν· etiam ex coniectura adsecutus est F. Kuhn, Symbolae ad doctrinae περὶ διχρόνων historiam pertinentes (Vratisl. 1892) p. 136. — In lemmate autem falsissime περὶ Θαλασσιῶν pro παραθαλασσίτην offert Havn. cf. XVI 26 ἄρχων εἰδείχθη τῆς Σαλάσσης Μελίας, quod officium nomine παραθαλασσίτης designat Appendix ad Constantini Porphyrogenneti libr. I de Caerimon. (vol. I) p. 461, 4 Bonn.

2) Eadem arte alia nomina propria a Christophoro ad facetas etymologias adhibentur, veluti Εἰρήνη XXVIII, Εὐγένιος XXXIX, Λέων IX 12, X 18 sqq., CXL 4, Μόσχος XXXI 1, Ξηρὸς XX 3, Στυλιανὸς IX 3 et X 5, Χολίριος LXXXIV 3; adde LV 10 sq. [ὁ πάντας ὑψῶν δεσπότης Κωνσταντῖνος] | πάντως ἀνυψώσειε καὶ τὸν Ὑψίνου. Non dissimilis est lusus in nomine appellativo n. XXIII [ὡς κρεῖττον ἦν σοι βοῦν ἐπὶ] γλώττης φέρειν | ἢ βουστροφῆδόν, οἷάπερ γράφεις, γράφειν, quod epigramma scriptum est [εἰς τὸν γραμματικὸν Γεώργιον γράψαντα] βουστροφῆδὸν ἐσφαμμένως.

3) Eiusdem viri docti incuriae scripturam κόρας v. I tribuo, qui optime in C hoc modo conceptus est: τέμνων κάραν πρὶν Ἡρακλῆς τὴν τῆς ὕδρας.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

